Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



aput seneupin quia murmurabant de hoc discipuli
eius · Dixit eis · Hoc vos scandalizat · si ergo videritis
filium hominis ascendentem ubi erat prius · spiritus est qui
vivificat · caro non prodest quicquam · Verba que ego
loquutus sum vobis spiritus et vita sunt · sed sunt
quidam ex vobis qui non credunt · Sciebat enim ab
initio iesus qui essent non credentes · et quis traditu
rus esset eum et dicebat · propterea dixi vobis · quia ne
mo potest venire ad me nisi fuerit ei datum a patre meo
Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retro · et iam
non cum illo ambulabant · Dixit ergo iesus ad
duodecim · numquid et vos vultis abire · Respondit
ei simon petrus · Domine ad quem ibimus ·
Verba vite eterne habes · et nos credidimus et cogno
vimus quia tu es christus filius dei · Respondit eis iesus
nonne ego vos duodecim elegi · et ex vobis unus de
abolus est · Dicebat autem iudam simonis scariothis · Hic
erat traditurus eum cum esset unus ex duodecim Sec
Hauctis nos quesumus domine reatibus et periculis, pecca
tis absolve · quos tanti mysterii tribuis esse consortes
Deinde munerum largitate sancta quesumus · Complenda
domine deus nostre huius semper participatione mysterii
Tueatur quesumus domine dexterra tua po Supplin
pulum tuum depreccatum et purificatum dignanter
exaudiat et consolacione pacis ad sue remedia bona perducat
Collegerunt pontifices et phi Interdum autem phi ad pressio
sea concilium et dicebant · Quid facimus quia hic homo multa sig
nat si dimittimus eum sic omnes credent in eum ℣ Ne forte veniant
romani et tollant nostrum locum et gentem ℣ Unus autem ex ipsis ca
yphas nomine cum esset pontifex anni illius, prophetavit dicens · Ex